





15.

1789,6  
15

DISSERTATIO INAUGURALIS IVRIDICA,  
SISTENS QVAESTIONEM:  
Q V I B V S N A M  
REDDENDAE SINT RATIONES  
TVTELARES,  
PVPILLO ADHVC MINORE?

P R A E C I P V E  
EX REFORMAT. POLIT. MECLENBURG. DE 1572.  
Tit. von Vormundschaffen Witwen und Wayfen  
§. IV. Im Fall auch cet.

P. 284

Q V A M,  
I L L V S T R I S  
IVRE CONSVLTORVM ORDINIS CONSENSV,  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
A M B I E N S,  
ERVDTORVM EXAMINI SVBMITTIT

A V C T O R  
IOANNES IACOBVS ANDREAS TADDEL,  
ROSTOCHIO MEGAPOLITANVS,

D. VII. MARTII MDCCLXXXIX.

GOTTINGAE,  
Typis B A R M E I E R I.



DISSSERTATIO INAVGURALIS IURIDICA  
SISTENS CAESIONEM  
O V I B V S N A M  
REDDENDAE SINT RATIONES  
TUTELARIS,  
PAPILLO ADHUC MINORIS


PRÆCIPUE  
EX REFORMAT. POLIT. MECLINBURG. DE 1772.  
The von Vormundschaften Waisen und Waisen  
§ IV. Im Teil nach etc.

GRAM.  
ILLUSTRISS.  
IURE CONSULTORVM ORDINIS CONSENSV.  
SVMOS IN VTROQVE IURE HONORES  
AMERIS.

REVIDITORVM EXAMINI SVMMITTE  
AVCTOR  
IOHANNES IACOBVS ANDREAS TADDELLI  
POTESTARIO MEDICOLITANVS

D. VII. MARTII. MDCCCLXXXIX.

GOTTINGEN  
Typis BARNIERII



VIRO ILLVSTRI  
OMNI VIRTVTIS LAVDE CONSPICVO  
IOANNI RICHELMANN

VTRIVSQVE IVRIS DOCTORI, SERENISSIMO DVCI  
SVERINO MEGAPOLITANO A CONSILIIIS AVLAE  
ET PRACTICO ROSTOCHIENSI MERITISSIMO

IN LOCVM B. PATRIS SIBI SVCCEDENTI

P V B L I C V M

PIETATIS ET OBSERVANTIAE

MONVMENTVM

D. D. D.

S V I N O M I N I S

FILIVS ATQVE CVLTOR PIETATE

ET OBSERVANTIA NEMINI SECVNDVS

A V C T O R,

VIRO ILLUSTRI  
OMNI VIRTUTIS LAUDE COGNITO  
IOANNI RICHELMANN

VIRO DOCTO, MEDICINAE  
ARTIS MATHESIS ET  
PHYSICAE HISTORIAE  
IN LOCO B. PATRIS SUI  
PRAEFECTO

INSTITUTIS ET OBSERVATIONIBUS

MONUMENTUM

M. D. C.

1706

AVCTOR

ET OBSERVANTIA MATH. RICHELMANNI

AVCTOR

12  
esse, si sperare videretur, me contra haec exponendum, ut in  
his amplius, quod desideretur, speraretur, e contrariis, nihil  
in hac disputatione inesse, quae a vobis hodie eruditissimis  
tunc dici poterit, et multa ad illa desiderari, sed non  
ideo, eos autem quod acutum reputare velim, me non  
offensionis sed officii causa haec conscripsisse: idcirco  
nunc rogare, ut vobis, meliorum, edocentur, vobis  
pluribus verbis discussisse, ut sciam, ad me haec  
non pertinere. Tutores autem Romani non, nisi finita tutela,  
Leges patriae praecipuum merentur studium, prae ceteris  
autem, quas quotidie fere offendimus, attentione nostra di-  
gnissima esse videntur. Eamque ob causam, de lege, in  
fronte disputationis proposita, vberius quaerere, apud ani-  
mum decreui. Ut vero propositum peragerem, effecerunt bi-  
nae, in calce dissertationis adiectae, constitutiones, quas mihi  
suppeditavit *Vir Illustris* ESCHENBACH, Professor Iuris in  
academia Rostochiensis, praeceptor in aeternum colendus, cui  
ob hanc benevolentiam humanitatemque hic publice grates  
exsoluo. Quum vero haec quaestio a viris eruditissimis adhuc in-  
tenta, attamen ardua sit, utique magnae arrogantiae signum  
esset,

A

effet, si sperare auderem; me omnia ita expositurum, ut nihil amplius, quod desideretur, superesset; e contrario, multa in hac disputatione inesse, quae a viris doctis eruditisque disertius dici potuisse, et multa ab illis desiderari, lubenter concedo, eos autem apud animum reputare velim, me non ostentationis sed officii causa haec conscripisse: ideoque leniter moneant, melioraque edoceant, valde rogo atque obsecro.

Leges patriae praecipuum merentur studium, praesertim  
autem, quas quotidie seculis observamus, attentione nostra di-  
gnissime esse videntur. Etiam de causa, de lege, in  
fontes disputationis proposita, veritas quaerens, quod ani-  
mum decet. Ut vero propositum perscrutemur, effecerunt di-  
nae, in caelestibus institutionibus, constitutionibus, quas mihi  
subpeditavit Vir Illustris HERRMANNUS, Professor Iuris in  
academia Roschiana, praecipit in aeternum colendus, cui  
ob hanc benevolentiam humanitatis hic publice gratias  
exhibeo. Quam vero haec quaestio a viris eruditis adhuc in-  
tentata, attamen ardua sit, atque maxime antiquariae dignum  
esse.

A

§. I.



## §. I.

Ius Romanum quaestionis nostrae disquisitionem et decisionem silentio praeterire, non est quod miremur: in promptu enim est causa, cum iure Romano cautum sit, ne, nisi finita tutela, rationes tutelares redderentur. In accuratiori autem, huius legis inuestigatione, quatenus ea pupillo incommodo fuerit atque calamitati, tempus et otium consumere, operae pretium haud esse videbatur, praesertim cum alios hac de re iam pluribus verbis disseruisse inueniam; vt taceam, ad me haec non pertinere. Tutores autem Romani non, nisi finita tutela, rationes reddere tenebantur, qua vero exacta, reuisto pupillo, ad puberem aetatem provento, competit, atque libera de rebus disponendi facultas ei recte nec adimi nec limitari poterat. Annalis vero rationum reuisto Romanos legis lafores fugit, ideoque eum, cui, prius, quam pubes esset pupillus, singulis annis rationes reuifendi ius tribuendum sit, legibus determinare, superfluum duxerunt. Simulac illa autem fuisset legitima, summa potestas, cui cura pupillorum demandata fuit, vtique hunc constituendum curare debuisset. Cessante autem uno, cessat quoque alterum, eamque ob causam, de nostra quaestione ius Romanum adire velle, nemini in mentem venire potest a).

A 2 Si vero

a) ad ius Canonicum frustra recurrimus, licet enim in sententiam  
 LAVTERBACHII in Collegio theor. pr. L. XXVII. Tit. III. §. XI.

ptopo-

propositam descenderemus, qui in Clem. 2. §. 1. de relig. do-  
 mibus annalem rationum revisionem consistere affirmat, eos tamen,  
 quibus ius reuifendi competat, non determinatos inuenimus.

§. II

Si vero ius domesticum de hac materia euoluimus, ope-  
 ram et oleum non perdimus, omnia enim fere ibi determinata  
 sunt. Quodsi mores maiorum literis consignatos inspexeris,  
 apud Germanos tutores, singulis annis rationes, de bonis pu-  
 pillorum, coram agnatis reddendas, ex more institutoque  
 obstrictos fuisse, videbis, id, quod Codices Seculi XIII. pro-  
 bant a). Rationem huius instituti, in statu originario militari  
 et nexu feudali medii aevi fundatam, inuenimus. Illis enim  
 temporibus quilibet honorum possessor, et nobilis, et ingenuus,  
 seruitia militaria praestare debuit, cuius amore omnes animati,  
 ea omnibus aliis praeferebant, quippe quae etiam maximis  
 commodis conjuncta erant. Praeterea militibus seruitia aulica  
 atque iudicialia mandata fuere. Quid igitur mirum, patrem  
 agnatosque, dum optarent, vt filii iisdem honoribus aliquando  
 fruereutur, illos etiam in his artibus institutos curasse, ita  
 vt boni euaderent uasalli ac milites, et suas possessiones fartas  
 testasque haberent, nec tanto honore indigni viderentur?  
 Quem ad finem consequendum proximi, vel ipsi pupilli bona  
 administrare, vel se de aliorum refta administratione certio-  
 res facere debuere. Qui mores institutaque antiqua congesse-  
 runt, jus hereditarium agnatorum, rationem huius legis fuisse  
 allegant; sed disertius, ex primis originibus petitam, rem jam  
 excuf-

excussimus. Revera enim in media aetate militum magis interfuit nexus feudalis et status militaris, quam priuatum commodum. Adde antiquam illam fidem Germanicam, quae pupillo periculum damni in bona inferendi cauebat.

(a) Ius prov. Saxon. L. I. art. XXIII. ed. GARTNERI Lips. 1732. verbis: „Denen aber, so des Kindes Erbe ist, soll sein Vormund von Jahr zu Jahr des Kindes Gut berechnen“. Ius prov. Allemann. Cap. CCCXX. ed. SENCKENBERG. cf. Corpus iuris publici medii aevi Tom. II. Sect. I. Nr. 11. pag. 377. Weichbild art. XXVI. coll. 7. verbis: „Es soll kein Vormund seiner Mündlin Gut verrechnen, an des Erben Gegenwaertigkeit, der in der Rechnung bekenne und in ledig und losz lasse. Der Erbe soll auch den Vormüenden geloben, sur die Gewehr, d. i. fur alle Ansprach,“

### §. III.

Quod ad leges imperii Romano Germanici a) attinet, ius non scriptum de annua rationem reuisione in scriptum redactum est; respectu eorum autem, coram quibus rationes redderentur, ius non scriptum tacite approbatum est, quod ex ipso titulo R. I. de 1577, concludo, qui in scriptis est de reformatione, ex quo sequitur, in multis causis abusus varios ortos esse, quorum abrogatio occasionem legis ferendae dedit: Annalis reuisio per aliquod tempus iam vero propter diminutam auctoritatem status militaris et nexus feudalis neglecta esse videtur, praeterea fides iam violari, priuatumque commodum publicae auctoritati anteferri coepit, ad quam morum mutationem iuris Romani usus accessit, quo cum multi in errores inducerentur, pupilli bonis per-

riculum imminebat; quare annalis reuifio rationum tutelarium, lege scripta in memoriam reuocata, singulis, ad obseruandum, denuo praestituta est. Sed reuifentium reformationem non necessariam fuisse, recte praesumitur. Pupillo enim proximi futuri erant honorum possessores, ideoque non sine iusta causa se priuatum ipforum commodum et tutores fraudulentos obseruaturos esse, videbatur, qua de re infra rationes quaestionis nostrae relaturi, (§§. X, XI.) plura monebimus. Maxime autem extra aleam dubitationis positum est, in hac lege imperii, in cuius conceptione maxima cura adhibita est, summam potestatem legislatoriam, si ei aliud quid in illa ferenda placuisset, sane illud expressis verbis declaraturam esse, quibus etiam eo magis opus fuit, cum, iis omissis, illa consuetudo, tacite approbata, vim iuris communis habeat.

(a) *Nene Sammlung der Reichs-Abschiede Franckfurth 1747.* Tom. II. tit. XXXI, pag. 602. 603. Tom. III. Tir. XXXII. pag. 394. 395.

§. IV.

In terris Meclenburgicis nostra quaestio, ante ducentos et aliquot annos, in disquisitionem vocata ac lege expressa decisa est (a); qua summa potestas legislatoria incertitudini iuris communis succurrit, et ius non scriptum in ius scriptum, in specie in Megapoli valiturum, mutauit. Verba legis ipsa inserere placet: „Im Fall auch die Mütter die Verwaltung der Vormundschaft, und „Lehn-Güter ihrer unmundigen Kinder (dazu sie sonst von Rechts- „wegen nicht qualificiret) wollten, oder aus Mangel anderer Vor- „mün-

„münder, notwendig müßten behalten. So ordnen Wir, daß sie  
 „sich zur andern Ehe zu greiffen, auch des Behelfs der Rechte, S.  
 „C. Velleianum genannt, ausdrücklich, und wie sich gebähret,  
 „verzeihen, und nicht weniger denn andere Vormünder die zu Recht  
 „verordnete Caution bestellen, auch alle Jahr den nächsten Agnaten  
 „oder Mitvormündern Rechenschaft von ihrer Verwaltung thun und  
 „geben sollen“.

-(a) JOHANN ALBRECHT. und ULRICH Herzogen zu Mecklenburg  
 Policy- und Land-Ordenunge d. d. Sternbergae 1572. d. 2. Jul. Tit.  
 von Vormundschaften Wittwen und Waysen cf. lura Meclenburgica  
 Tom. I. num. 3. pag. 257. et 258.

§. V.  
 Vt vero nemini, in hac lege explicanda, vila dubitatio fu-  
 perfit, vim legis explicaturi; quae forsitan opponi poterunt,  
 sequentibus §§. confutabimus. Matribus, quae tutelam mino-  
 rum gerunt, non minus quam reliquis tutoribus lege cit. iniun-  
 ctum est, vt singulis annis rationes tutelares, coram agnatis  
 feu contutoribus reddant, id, quod iam primus legis patriae ad-  
 spectus docet, cuius verba: “So ordnen Wir, daß sie- und nicht  
 „weniger denn andere Vormünder” vno contextu vsque ad ver-  
 bum finale “sollen” comprehenduntur. Inde haec, quae iam in  
 medium prolaturi sumus, sequi videntur:

I. si legis interpretatio est ambigua, antiqua instituta le-  
 gis locam obtinent a), olim autem ius Saxonicum in Megapoli  
 receptum fuisse, omnes fatentur: (§. VI. a) ex quo harmonia  
 cum

cum iure patrio patet, ita tamen, ut id, quod olim tantum in iure non scripto nitebatur, nunc scriptis consignatum sit.

2. si leges duplicem interpretationem admittunt, ea, quae analogiae iuris communis respondet, praeferenda est; iuris communis autem rationes, quae extrajudicalem reuisionem suadent, infra indicabo (§§. X. XI.).

3. leges secundum usum fori interpretantur, quem nobiscum conuenire, infra docebo. (§. IX.) hoc loco vero breuitatis causa nomina tantum constitutionum, quas in calce dissertationis adponam, proferre licet. Vtraque prouocat ad dispositionem reformationis politicae Meclenburgicae, et rescriptum rem a nobis propositam disertis verbis probat.

(a) LYNCKER Dec. 1369, nr. 3, ECKHARDI Hermeneut. Iur. L. 2, §. 27, ed. *Walch*.

Inter alias explicandi vias ea, veritati proxima esse videtur, quae, legem patriam de matribus valere, statuit, ita, ut illae, quoad cautionis praestationem tantum aequali iure cum tutoribus reliquis utantur, id quod autem vel hac vel illa parte legislationem defectus argueret, quem tamen ei exprobrare, nullus audebit; nam si lex tantum matres respiceret, de tutoribus nihil statutum esset, quod ei diligentiae, quae in hac lege ferenda adhibita est, non responderet; fac vero, ita se rem habere,

Saxo-

tunc tamen ad ius commune recurrendum esset, (§. III.) propter cuius auctoritatem per indirectum nostra sententia aliis praeferenda esset, cum ante usum iuris Romani in Megapoli ius Saxonicum ibidem vigerit a). Denique, si in hanc contrariam sententiam abires, vereor, ne totam fere §. *Im Fall auch* cet. superfluum esse, concedendum tibi esset, nam cautionis praefatio et rationum redditio iam §. praeced. „*So bald auch*„ cet. omnibus tutoribus iniuncta est, mulieres tutrices autem ex iure communi sua beneficia renunciare debent, attamen ingenue profiteor, totam legis vim hac ratione a me non perspici posse, quid enim, quaeso, legislator in iniuncta rationum redditione, coram agnatis facienda, spectauerit, nisi reuisionem iudicalem praecauere voluit? Si enim rationum redditionem repetendam, et rationes, si antea coram agnatis redditae essent, deinde secunda vice a iudice reuifendas voluisset, in ius commune incurreret b), quod etiam ordines prouinciales, qui in legibus ferendis cooperantur, nusquam concessuri sunt.

(a) WESTPHALEN monum. ined. Tom. III. in praefat. pag. 89. not. y  
 TORNOW de feudis Mecklenburg. Cap. II. S. 1. §. 16.

(b) l. 2. Cod. de apochis publ. (X. 22.) SCHORCH resp. 178. nr. 7  
 MEYERVS P. III. D. 113. P. VIII. D. 21. Lege cit: rationes, in fine officii redditae, repetere, prohibetur; secundum ius Germanicum vero quotannis rationes reddantur, sed nihil interest, cur non eodem iure, secundum quod, redditis rationibus, iterata illarum redditio prohiberetur, statuere possimus, quidquid enim de toto seu

B totali

totali redditione in sine administrationis valet; id quoque de parte seu particulari annua redditione valere debet, ita enim vt iure Romano tutor in sine officii tenebatur ad rationes reddendas, sic etiam inre Germanico quotannis adstringitur, vbi enim eadem res eademque caussa, idem finis est, et vbi eadem est ratio, ibi etiam idem ius.

§. VII.

Agnatos et contutores non obstrictos esse, aiunt, lege patria, tutoribus documenta rationum redditarum dare; sed inde non sequitur, agnatis etiam ius reuifendi non competere, vice versa autem a iure reuifendi rationes, agnatis concessio, ad ius dandi testimonium redditarum rationum coniecturam recte facere poteris, cum igitur agnati ius reuifendi rationes exercent, hoc ius dandae apochae his ipsis negari nequit. Praeterea lex pupillis et, post eorum exitum, agnatis prospicere voluit; quidquid autem ad securitatem tutoris pertinet, quisquis bonus pater familias ipse curare praesumitur, ideoque in toto legis patriae titulo de securitate tutorum nulla fit mentio, tantum vero abest, vt legislator, dum confectionem apochae non iniungit, agnatis hoc interdiceret voluerit, vt potius apocham exigere arbitrio cuiuslibet tutoris reliquerit, nam ob studium, bonorum iacturam praecauendi, nullus cautionem apochae exigendae omittit, et eo rem suam iactare velle praesumitur. Quidquid autem sit, exigatne tutor apocham nec ne, huius rei omisso salutem pupilli minime in discrimen periculumque vocat; ipsi autem tutori neglectio apochae periculo est, quod auertendum ipse curare debet.

§. VIII.



## §. VIII.

Vltima obiectionum inde oriunda est, quia primo intuitu lex nostra tantum de feudis disponere videtur, sed hanc dispositionem accuratius perlegenti luculenter patebit, legislatorem §. cit. „Im Fall auch,“ cet. matribus priuilegium dare voluisse, vt et feuda filiorum nomine administrarent, ceteroquin autem generaliter statuisse, quod ipsa legis verba: „die Verwaltung der Vormundschaft und Lehn-Güther (wozu sie sonst von Rechtswegen nicht qualificiret)“ indicant. Eandemque ob causam legislatori consentaneam etiam sententiam, et legem cit. non ad sola feuda restringendam esse, adserere audeo: rogatio iuris prouincialis Meclenburgica a) hoc coeptum distinctius expressum continet, et sine vilo respectu, feudalisne sit tutela, nec ne, vniuerse matrem et auiam pupillo proximas esse declarat. Hanc legem quidem imperfectam esse, ideoque ad plenam probationem non sufficere, me non fugit, sed, teste WESTPHALEN b), auctor formulae hoc opus ex mandato statuum concessit, qui illum iura docuisse videntur, ideoque illa nostrae sententiae nouam, licet historicam, praebet probationem. Praeterea autem et si nullam huius reirationem habueris, maius tamen semper continet quoque minus, si ergo tutoribus iudicialis redditio, circa feuda remissa est, recte etiam generaliter remissa esse praesumitur: in administratione feudi enim maior diligentia adhiberi debet, quam in computandis aliis reidibus, et si circa feuda tutores male ver-

fantur, domino directo et agnatis maius inferitur damnum, quam si in quavis alia re labuntur.

(a) D. MEVIVS Entwurf des Mecklenburgischen Landrechts T. x. §. 2. verbis: "Wenn durch jemandes letzten Willen Kinder nicht bevormündet, ist der Kinder Mutter oder Großmutter zur Vormundschaft die nächsten, jedoch daß sie nicht weniger als andern Vormündern obliegt — in wichtigen Händeln die nächsten Verwandten zu Rath ziehen, auch vor denen jährlich die Rechenschaft von ihrer Verwaltung thun". Cf. WESTPHALEN c. 1, Tom. 1. p. 684.

(b) in praefat, ad Tom. 1. p. 28, sqq. c. 1.

### §. IX.

De vsu legis in foro, quis est, qui dubitet a): vt reformationi politicae prouinciali obedientia praestetur, leges recentiores saepius iubent b), et imprimis locus cit: in iudicio hodie attenditur, probant illud constitutiones ad calcem disputationis meae adiectae, quarum altera expressis verbis ex lege cit: iubet: vt rationes tutelares pupilli agnatis reddantur, iudicem etiam frustra de reuifendis rationibus implorarent, altera autem singulis tutoribus, vt secundum ordinationem politicae Meclenburgicam rationes reddantur, iniungit: sicut autem nostra lex tantum ibi valet, vbi nihil aliud statutum est, nec alias ciuitates, quae alio iure v. c. Lübeccensi utuntur, obstringit c); ita nullo iuris colore autoritati legis hoc vel illud obici poterit, cum rationes tutelares iudicialiter red-

reddita fuerint, ne dicam, in eiusmodi re varias causas, vt ita agatur, occasionem dare posse: neque tamen, ob quorundam ignorantiam de suis beneficiis, eorumque renunciations, aliis, ne integro suo iure, eoque minime sublato atque restricto, vtantur, prohiberi poterit.

(a) in anterioribus ordinationibus politicae provincialibus de anno 1562. et in priori de 1572, nam in illis a. 1508 et 1516 nihil de tutoribus statuum est, nostra §. "Im Fall auch" cet. quidem deficit; sed, hanc ob causam neminem vltim legis negaturum, credo, siquidem post multas demum reuisiones et emendationes quaelibet lex ad perfectionem venit, noua autem lege priorem antiquari, neminem fugit. Posterior reformatio a. 1572. nostram dispositionem exhibet. Hic, errorem indicare, non superfluum credo, in quem optimi iuris patrii scriptores inciderunt: TORNOW in praefat. ad Tractatum de feudis Meclenburgicis pag. 3. KLEIN Historie der Mecklenburg. Policey-Ordnung apud KLÜVER in P. III. T. II. add. pag. 369, der Mecklenburgischen Geschichte. MANIZEL P. 13, p. 28. der Bützowfchen Ruhestunden Vnam tantum ordinationem politicae, quae a. 1572. in lucem prodita est, veram, alteram autem spuriam credunt; sed iam refutati sunt in deductione a. 1740, cui nomen est: Wiederlegung der Defension des Mecklenburgfchen Adels wegen des Braurechtes, von Seiten der Städte, pag. 12. sqq. cuius autor documentis nr. 7. et 9. adiunctis vtramque ordinationem a. 1572. aequae genuinam esse probat. Licet autem illorum affirmatio vera esset, vt in aliam sententiam descenderemus; non commoueret, cum veritas prioris de 1572. non autem hodiernae legis in dubium vocetur.

(b) Mecklenburgischer Landes Grundgesetzlicher Erbvergleich de 1755. art. XX. §. 338. sqq. GVSTAF ADOLF Herzogen zu Meck-

lenburg-Güstrowſche Canzley - Ordnung de 1669. Tit. I. §. I. in der Sammlung Mecklenburgiſcher Landes - Geſetze, Ordnungen und Conſtitutionen II. Theil pag. 887.

(c) v. c. in iure Roſtochiens ſi a. 1757. P. I. T. VII. art. XXVIII. iudicialis reuifio expreſſe iniuncta eſt.

De iure patrio ſcribenti mihi, vt quaedam de iure ciuitatis Roſtochii, haec ſtatuendi, adiciam, B. L. indulgebit. Abſit, vt ius ſtatuendi huius ciuitatis in abſtracto vel in controuerſiam vocare, vel multis enuncere velim, num haec ciuitas in concreto hoc ſtatueret poſſet, inquiram. Antea autem apud animum reputes velim, poſt publicationem hodiernae ordinationis politicae prouincialis, anno 1753. in transactione cum Ducibus Sereniſſimis inita ſenatum vna cum ciuitate promiſſiſſe, ſe curaturos eſſe, vt ordinatio politicae Roſtochiens ſis publicanda, quatenus fieri poſſet, et vtilitati reſponderet, cum prouinciali conueniret. Ordinatio autem politicae Roſtochiens ſis, ſine vlla huius promiſſi ratione, variis locis plane contraria ſtatuit praecipue vero in noſtra cauſa, vt ſupra iam dixi, ab ordinatione prouinciali recedit. Qua ex contradictione ſpecioſa, ſi vera eſſet, ſingulares efficerentur conſequentiae. Licet rationes vnus alteriusue ſententiae non referam, ex ipſa renunciatione leges conciliari poſſe videtur: Transactio enim a. 1753. in antecellum talem diuerſitatem approbat, cum conſenſum, quantum fieri poſſet, commendat; minus autem hoc promiſſo leges anteriores tolli praefumuntur; ergo nec iudicialis reuifio, quae iam antea in ciuitate in vſu erat. prohiberi et abrogari potuit. In condenda vrbe Roſtochii Reipublicae Lubecenſis leges ibi introductae, deinde autem principum Mecklenburgicorum auctoritate ſaepe confirmatae ſunt, vt patet ex ſcripto, cui nomen eſt: Hiſtoriſch Diplomatſche Abhandlung von der Stadt Roſtock Gerechtsamen (HENR. NETTELBLAD) 1757. S. II. §. 9. p. 40. S. IV. §. 27. pag. 142. ſqq.

et

et ex adiunctis r. 2. 3. 4 et 14; illae autem iudicalem rationum revisionem praescribunt MAYRVS ad ius Lübecense Art. XI. §. 20. quae ideoque Rostochii etiam recepta est. In hoc iure vrbs Rostochii interpellari non potuit, quod etiam ordinatione nostra provinciali non factum est, contrarium potius patet ex confirmatione eius caesarea d. d. Pragae d. 9. May 1579. quam impressam inuenimus ad Tractatum cit. sub rubro: Wiederlegung des Braurechtes sub num. 16, illa non, nisi salvo iure tertii, concedi potuit. Tandem vero vltiori pacto Rostochiensis a. 1738. P. I. art. III. §. 47. num. I. omnem dissensum omnino sublatum inuenio, cum ad ius Statutarium Rostochiense in iudicandis ciuibus respicere Illustri Iudicio Ducali Aulico, cui senatus populusque Rostochiensis subiectus est, commissum sit. Nec vltiorem mutationem ordinationis provincialis, saltem vrbanam promouentem, et in aliis causis voto cit. renunciaffe videtur, cum consensus tantum, quatenus fieri possit, seu, vt ipsis verbis pacti vtar: "*so viel sich immer leiden will*" promissus sit.

#### §. X.

Cum itaque nostra lex nullam aliam, vt vidimus, explicationem admittat, causas, cur lex patria et communis latae sint, et cur in iure communi aliis terris acquiescendum, inquirere oportet. In eruendis vero causis, quae hanc legem ferendam suaserunt, illa praecipua esse videntur:

I. agnatos enim, melius ipso iudice, statum bonorum pupilli, quomodo aucta sit eius fortuna, et quomodo tutor se gerat, scire, saepius iudice administrationem bonorum inspicere et igitur singulos sumtus melius iudice iudicare posse, nul-

lus

lus est, qui negare audeat. Inde etiam oriunda est legis patriae iussio, ut contutores agnatis aequae habeantur, et, his deficientibus, illis rationes reddantur, quod iam in iure romano consistit, ex quo contutores ad damnum faciendum, antequam magistratus, in ius vocandi sunt (a). Porro

II. in iudiciali rationum reuisione magnos sumtus fieri, neminem fugit, quibus parcere, et iudici incumbit, et eo magis tutori, cum reuisio et iudicis et agnatorum, vno eodemque effectu se gaudeant, nec iudiciale testimonium rationum reddituum maiorem vim habeat: in vtraque apocha tantum facta redditio testatur, et, si in redditione quidquid peccatum est, neutra ab iteranda reuisione liberat; ob ipsius pupilli commodum igitur, cuius res familiaris augenda cuiilibet iudici legibus imperii iniuncta est, iudicis duco, rationum tutelarium reuisionem agnatis relinquere, quod eo magis concedere debet, cum

III. agnati, pupillo aliquando succedentes, proprio commo ad accuratorem rationum inquisitionem incitentur, ex hoc iure agnatorum etiam in bona pupilli succedendi illis recte competit ius rationum reuisionem exigendi, illi enim sunt futuri bonorum heredes pupilli, ergo suo iure praecautent, ne pupillo bona dilapidentur, quod ius quaesitum contra quemlibet impetum defendere possunt agnati, cum adeo illud a summa potestate sub quibusdam tantum, iisque admodum paucis, determinationibus impediri potuerit (b).

(a)

(a) l. fin. Dig. rem pup. saluam fore (XLVI. 6.). SCHILTERI praxis iuris Rom. in foris German. Excere. 37. §. 181 in fine.

(b) Inprimis de hac materia adeundus est PERILL. PÜTTER in seinen Beyträgen zum Teutschen Staats und Fürsten-Recht P. I. nr. XX.

§. XI.

Remotam rationem legis iam in iure Romano (a) fundatam innenio: nititur enim

IV. in odio contra diuulgationem patrimonii, ad quam impediendam multae leges latae sunt: Romanis, licet de rebus publicis quaestio esset, tamen "*durum atque inhumanum visum est, cuiusuis vilitatem detegi et inuidiae exponere diuitias*" (b), In tota legislatione ad hoc respexerunt, hoc illos commouit, vt statuerent, si lis forte pupillo intensa fuisset, inuentarium integrum in bona pupilli confectum aduersario non esse exhibendum, sed ea tantum capita, quae in controuersia posita essent (c). Ex hac causa patri concessum est, vt designationem solemnem bonorum suorum conficiendam prohiberet (d), hoc eius dispositioni causa fuit, secundum quam is, qui secretum alienum sibi commissum euulgat, iniuriarum agitur (e). Harum legum ratio atque vis Romanorum genio eorum temporum maxime conuenire videtur, quibus libertatem naturalem vita maiorem aestimauerunt, quod etiam exemplum nobis a quodam scriptore proditum docet, qui, populum Romanum in ferenda lege, luxui fines praescribente, respondisse, ait: „*quo utimur libertate, si luxu perire non licet?*” Vtique nemo, libertatis etiam inimicif-

ciffimus, populum Romanum suo iure!prolationem patrimonii singulorum ciuium odiffe negabit, cum non solum reipublicae damno fit, ac commercium disturbetur; fides vero, quae ad salutem reipublicae adeo necessaria est, et angustior reddatur, et sublata concidat, si singulorum res familiares panduntur, sed etiam imperans officia transgreditur, si priuatam ciuium rem nimium curat, nisi reipublicae salus id requirit.

Acta iudicis arcana esse, et legibus imperii *f)* hoc saluberrime statutum esse, me quidem non fugit, quare igitur in iudiciali rationem redditione patrimonii denudatio non metuenda fit, sed, etsi hodie probo viro, iudice utamur, quis est, qui, a tali viro semper praeturam agi, affirmare audeat? Fac vero, vel maxime numquam non iudices omnia maxima sanctitate gesturos; quis nobis periculum praefet, hominem improbum ex numero aduocatorum, quoddam commodum simulantem, iureiurando interposito, inspectionem actorum iudicialium implorare, cui utique hoc concedi debet, quoniam iurisiurandi religione legibus satisfactum est *(g)*: tali viro nulla detinentur acta, cum tamen, de multorum facultatibus certior factus, toti fere reipublicae damnum maximum inferre possit; semper alea est iacta, cur autem extrema experiamur, cum nulla adeo cautio nobis redditionem rationum coram iudice suadeat, nec vlla lex eam praescribat, non video. Immo contrarium potius ex ipso iure communi mihi aparere videtur *(h)*; Imperator ibi legis, quam de pupillo tulit, causam adlaturus, ait:

“ne



“ne secretum patrimonii et suspectum aes alienum pandatur”, cui adiecit verba haec, notatu dignissima: “quod melius est interim taceri, quam cum de modo bonorum quaeritur, vltro proferri et apud astra ius dicentis contra utilitatem pupillorum designare (\*).

(a) ne in refutandis iis, qui, ius Germanicum non ex principiis Romanis explicandum esse, obiciunt, tempus perdam, pronoco ad sententiam LEYSERI in med. ad Pand. spec. XXIX. med. V. p. 299. STRUBEN in Tom. V. der Nebenstunden pag. 31. sqq. I. C. ENGELBRECHT in progr. de utilitate atque necessitate studii iuris Germanici §. 8.

(b) l. 2. pr. Cod. quando et quibus quarta pars debetur ex bonis decur. (X. 34.).

(c) l. vlt. Cod. de precibus imp. offerendis (I. 19.) GOTHOFREDVS ad l. 2. C. de alim. pup. praestandis litt. f.

(d) l. vlt. §. 1. Cod. arbitrium tutelae (V. 51.) VINNIUS ad §. 7. Inst. de Attiliano tutore.

(e) l. 1. §. 38. Dig. depositi vel contra (XVI. 3.).

(f) Rec. Visit. de 1713, §. 97. in fin. conf. Corp. iur. publ. pag. 1784.

(g) ILL. CLAPROTH Lib. 1. Sect. 1. §. 73. not. g. des bürgerlichen Processen.

(h) l. 2. Cod. de alimentis pup. praestand. (V. 50.). MERVI decif. P. IV, num. 370. not. 4. EIVSD, Conf. posthuma Confil. VI. nr. 63.

(\*) Hinc inde etiam obligatio tutoris sequitur, vt et ipse pupilli res nulli denudet, sed, num etiam pupillo ipsi, praecipue in eligenda vita, et rebus pupilli tantum exiguis, recte detegit, valde dubito; maxime autem si pupillus ad plenam fere aetatem peruenit, illum de patrimonio certiozem facere, inter officia tutoris refero.

## §. XII.

Verba legis nuda si sequi vellent, vereor, an omne damnum a pupillo auerti poterit, iudici enim occasio deficeret, de annua redditione se certiozem faciendi, et tutores perfidi, si agnatos consentientes haberent, pupillum ad mendicitatem redigerent, et ita nostra lex pupillo magis obesset, ac profdeset, sed in Megapoli hic metus est fere vanus, pupilli enim incommodis variis determinationibus praeuentum, atque ex hac redditione coram agnatis nullum nasci potest damnum, et, si quoad tutoris et constitutionem et administrationem nostrum usum fori aliae gentes sequerentur, iudiciali reuisione, magis magisque pupillo nostra lex esset commoda. Quum vero in constituendo tutore nos singulari iure vti, dixerim; licet, tantum de tutore, rationes reddente, disserere, apud animum statuerim, mihi non vitio dari potest, si in nostrae legis applicatione necessaria hic profero. Praeterea etiam constitutio, cum administratione, et haec, cum rationum redditione ita connexae sunt, vt vitium in illis commissum fere nunquam in hac sanari possit.

## §. XIII.

Si tutores constituendi sunt:

A. iudex ante confirmationem agnatos consulere debet, num in tutela constituenda consentiant, id quod in tutoribus dativis locum habet et legitimis testamentariisque. Haec enim cautio ne minimam quidem contradictionem conficit, cum

cum ius imperiale et patrium illorum confirmationem requirat, iudici autem, inhabilem, etiam testamentarium, a tutela interpellare liceat: cum ergo non amplius mores maiorum sequamur, qui tutorem testamentarium legitime datum sine ulla inquisitione admiserunt, testatori, qui tutorem scripsit, non est de decori, si aut agnati alterum ut inhabilem reiiciunt, aut in alterius idonei constitutionem consentiunt: iudex confirmans quidem in subsidium tenetur, si tutori haud idoneo hoc munus mandavit, sed quam saepissime tutores, ab initio ad gerendam tutelam inhabiles, damnum pupilli bonis inferre possunt, iudex vero damnum illatum resarcire nequit, pupillus igitur et eo ipso agnati incommoda patiuntur: quo etiam accedit, iudicem sibi ipsi magis prospecturum, si in confirmando tutore consensum agnatorum requirit: Fac enim, confirmandum tutorem non nimis esse habilem, attamen agnatorum consensu iudex semper securior fit, etsi enim pupillo tunc damnum inferitur, agnati, quoniam in constituendo tutore consenserint, in praestanda indemnitate, iudici aequae habentur nisi adeo ad eam faciendam adhuc, priusquam iudex, tenentur, pupillo autem mortuo, agnati propria facta non diffiteri, neque iudicem ad periculum huius rei praestandum provocare possunt. Acciderunt non nulli casus in Megapoli, in quibus illa cautio adhibita est, et, cum huius documenta nobis in promptu sint, illa adicerem, nisi id nos a proposito longius, quam par est, abducere videretur. Agnatis consentientibus, necessarium duco, ut

B. iudex tutoribus confirmandis iniungat et tutoris inferat, singulis annis documenta rationum ab agnatis reuisarum coram se esse exhibenda. Plerumque autem tantum inuenimus officium tutoris, singulis annis rationes reddendas esse, repetitum, hoc autem, si quid video, nimis vagum est: iudex enim de obedientia, suis praeceptis praescripta, certiolem se facere debet, unde autem, si res ita se habet, certior fieri poterit? Iniungat igitur tutoribus ab initio exhibitionem apocharum, easque inspiciendo, num singulis annis officio satisfecerint, apparebit. Quibus omissis, tutor legum peritus quidem omnia rite obseruabit, sed, si iuris ac legum inscii, quorum non minima pars est, rationum redditionem annalem sibi praescriptam inueniunt, certissime eos autem, qui rationum reuisendarum causa adeundi sint, ignorabunt: licet etiam eos cognosceret, sane in mentem non incurreret, nulla habita ratione principii, quod rationes redditae non sint reddendae, iudicem de facta redditione certiolem fieri debere.

§. XIV.

Quae si in constitutione tutoris obseruata sunt, agnatorum est, tutorem administrantem, si in reddendis rationibus cunctatur, interpellare et officii admonere; nam quibus ius reuisendi competit, competit etiam ius exigendi, praeterea autem agnatorum est, praecauere, ne male versetur, seu ad inopiam redactus sit tutor, quod cognoscere prae aliis possunt, cum, quomodo administret, et quid bonis superuenerit prae-

praecipue ex reuisione rationum pateat: eandemque ob rem agnati e lege patria (a) ad indemnitatem pupillo praestandam obliguntur. Sed quia conspiratio inter tutorem et agnatos in damnum pupilli tendens plane vitari nequit, in obseruanda nostra lege exemplum propono laude dignissimum, quod Dicafterium excelsum Meclenburgicum, quod Rostochii floret, dedit (b) dum publice negligentiores tutores, ad reddendas rationes in ordinatione prouinciali praescriptas prouocat, quo, vt certius fieret de facta redditione iniungere voluisse videtur. Si igitur iudex tardos quosdam tutores animaduertit, illis etiam per mandata S. C. exhibitionem documentorum ab agnatis datorum iniungere potest; sic pupillus etiam hac in re periculo vacuus erit.

(a) Reform. polit. Meclenb. cit. titulo dicto §. vii. verbis: *Und wo sie hierinne stümig und die Unmündigen derwegen Schaden erleyden würden, so sollen beyde die nächsten Freunde und auch die Obrigkeit eines jeden Ortes zu der Unmündigen Schaden zu antworten verpflichtet seyn*."

(b) vid. adiunctum II: literis autem quoque mandatum est in den Schwerinischen Intelligenz-Blättern de 1785. p. 673. num. 3.

(c) plura autem, nedum rationum ipsarum exhibitionem, iudex minus recte desiderat, modo in hoc vno casu, si nulli adsunt agnati vel haud idonei, de quo infra (§. XV.) plura videbimus, illud iudici ex officio permisum est, alias id exigere nequit. Nam id si facit, iura agnatorum aggreditur, quae hi remediis suspensius saluare possunt, quibus adeo non opus est, cum tale mandatum, vitio inf.

sanabili laborans, numquam vires rei iudicatae acquirere possit:  
Immo, me iudice, pupillus, maior, aliquando suo iure actione, ad  
id, quod interest, contra eum iudicem experiri potest.

## §. XV.

Factae digressionis causas iam recensuimus, (§. XII.)  
quare nunc ad ipsam redditionem rationum, quam lex patria  
agnatis aut contutoribus assignat, redeamus. Hic inquirere  
placet, cui ex pluribus agnatis rationum reuisio competat?  
Praecipue ad patrimonium et possessiones agnatorum respicitur,  
atque habiliores et locupletiores aliis minus idoneis agnatis (a) praeferruntur, deinde autem, qui pupillo propiores sunt, remotiores excludunt, sicut enim in constitutione haec regula valet; ita etiam in rationum redditione eam sequamur, oportet. Primo autem patrimonii rationem habemus, quo deficiente, remotior etiam propiori praeferrari potest, id quod aequitati respondet, nam ius agnatorum tantum eatenus exerceri potest, quatenus pupilli commodo non contradicit. Inprimis ideo curam geramus, ut pupilli res in vado sit, eius commodis seruiamus, huc enim praecipua legis patriae ratio tendit, iura agnatorum in exercenda lege tantum obiter seruentur: quare etiam, si agnatorum nullus satis idoneus esset, reuisionem iudicalem necessariam credo (b) nisi forsitan, datis pignoribus aut fideiussoribus, haud idonei agnati pupillo cautionem, de damno in subsidium resarciendo, praestare possunt, si pupillo vllum ex tutoris administratione et redditione damnatum emergeret, hic autem iam frustra, ad hoc reparandum

randum, excussus fuerit. Non, nisi hac cautione adhibita, suspectis agnatis rationum reuifio concedenda esse, videtur. Legibus hoc quidem nondum determinatum inuenimus, sed ex iure communi iamiam argumentari potest: sicut hoc iure tutela legitima tunc demum locum habet, si agnatus constituendus habilis est, sic etiam, talem praeteritionem iure meritoque fieri posse, colligo: agnato enim habili deficiente, iudex tutorem dat, ergo, agnato habili deficiente, et iudex ipse rationum reuifionem suscipiat, quo etiam agnatorum iura non violat, nam, iniuncta subsidiariae cautionis praestatione, agnatorum arbitrio res relinquitur. Quemlibet agnatum ad reuifionem rationum admittendum esse, forsan mihi aliquis obiiciat, quia pupillus periculo vacare videatur, si iudici singulis annis documenta rationum redditaram exhiberentur, et hic residuos tutores publici officii quibusdam temporibus admoneret; sed vereor, ne, si res ita geritur, et ab haud idoneis agnatis vitia et in administratione et redditione vel deteguntur vel praetereuntur, pupillo damnum imminet. Et si enim tunc apochia tutori data nullo effectu gaudet (c): attamen pupillus, qui ad plenam aetatem peruenit, aliquando, quae restituenda sunt, nasci nequit, dum vel tutor ad mendicitatem redactus est, agnatorum opes tempore redditionis iam senauerunt, pupillo ergo damnum infertur, quod iudicis est praecauere, qui hoc attentione in bona agnatorum reuifientium eiusue decrements certissime praecauebit.

Quidquid agnatis inhabilibus necessarium est, horum et contutorum defectu magis necessarium fit, atque tunc ab ipso iudice reuisio suscipienda est; rationum enim reuisio quotannis legibus imperii praestituta, atque magistratibus, ut quocumque modo pupillis prospiciant, mandatum est, singulis annis ergo etiam rationes reddendae sunt vel coram agnatis aut contutoribus vel coram iudice, qui plerumque hoc quibusdam collegii membris committit, quod praecipue in iudiciis superioribus locum habet, quorum conditio non fert, talia negotia expedire.

- (a) Decretum adiunctum hoc ita commendat: „Der Vormund wendet sich unter denen naechsten Blutsfreunden vor andern billig an solche, die entweder mit Immoebilibus hiesiger Lande geseßen, oder wenigstens kundbaren Vermögens“.
- (b) At in poenam etiam agnati iacturam beneficii facere possunt, si in reddendis rationibus admodum cunctantur, seu rationes reuisere recusant, tunc tutor rationes iudici offerre potest, id quod, auctore LL. CLAPROTH, in Tract. von Abnahme der Rechnungen p. 46. Ed. III., ut in priuatis rationibus reddendis fieri possit, permittum est, attamen in illo casu pupillo, opinor, saluari possit actio ad praestandum id, quod sibi ex iudiciali reuisione et sumtuum profusione interest, cuius processus fundamentum etiam in commodo pupilli, quod finis totius nostrae dispositionis est, nititur, et cui iura agnatorum in collisione postponuntur.
- (c) MEVIUS P. VIII. Dec. 20. 21. 22. I. H. BOEHMER Tom. II. Resp. 611. nr. 4. Resp. 612. nr. 9. sq.

§. XVI.

Inter legis nostrae rationes, ut extraiudiciali redditione sumptibus parceretur, (§. X. II.) retulimus, haec ratio autem cessaret, si, ut plerumque in actibus fit extraiudicialibus, in reuisione notarius adhiberetur, et quaelibet monenda ad proto-



tocollum mandarentur, vbi forsitan sumtus, illos cum iudiciali reuisione coniunctos, superarent, praecipue si quaestiuosi concurrerent. Sed tantum abest, vt in Megapoli hoc metuendum sit, vt contrarium potius sequutum, et hac in re pupillo periculum imminens praecautum sit. Cuius rei in tesseram prouoco ad decretum adiectum, quo tutoribus scripta communicatio rationum cum agnatis iniungitur, et hi, monita per litteras tutori exhibere, tenentur, quibus ille occurrere et literis ad illa respondere debet. Quam amicam compositionem vbique non locum habere posse, concedo, sed vbique prima tentari debet, et tunc demum in vltiori disceptatione agnati et tutores, quamcunque quaestionem contentiosam cum vtriusque argumentis iudicis sententiae submittere debent. Magis adhuc placet, vt vtrique, et agnati et tutores antea, se in decisione iudiciali acquieturos et remediis suspensiuis renunciaturos esse, conueniant, si enim hoc omissum est, appellationi et restitutioni in integrum locus negari nequit.

§. XVII.

Tutor autem, monitis agnatorum satisfaciens, recte documentum rationum reddituarum postulat *a*), et tantum abest, vt ei agnati hoc denegare possint, vt potius ad hoc dandum recte cogantur *b*). Quod ad media cogendi attinet, tutori suadeo, vt agnatos, in iudicium vocatos, de causis negatae apochae quaerat, si quae sunt, modo iamiam dicto (§. XVI) agantur, et, si nihilominus tutor tunc apocham exigit, sumtum multam committeret. Quodsi vero nullae causae ne-

391

D 2

gan-

gandae apochae adfuere, agnatis, vt apocham dent, pœna propofita iniungatur. Si vero denique hac re etiam non comouentur, in contumaciam habeantur, vt, qui contra rationes nihil proferre potuerunt, expensasque refarcire adigantur: datum documentum tutori iudici, ad illum de facta redditione certiozem faciendum, offerre debet, iudicis autem, controuersias praecauere studentis, est, factam exhibitionem vel testari vel autographum ipsum, retenta ad acta copia, tutori reddendum curare.

(a) Tutorem ab omni responsione aut restitutione futura agnati liberare nequeunt, tantum, rationes huc vsque esse redditas et aut approbatas aut nihil monendum remanisse, testari obstringuntur; nihil enim inde efficitur, nisi quod rationes singulorum annorum non sint repetendae sed minime liberatio a restitutione, et hoc sensu tutor quotannis nec ab agnatis apocham vel liberationem petere potest nec a iudice.

(b) decretum adiectum hac de re ita statuit: "*Ermeldete Anverwandte können auch nöthigen falls gerichtlich angewiesen werden, ein Zeugnis abgelogter Rechnung und besondener Richtigkeit unverzüglich zu ertheilen*".

### §. XVIII.

Supereft tantum in iudicis potestatem inquirere, an vel tutores vel agnatos obstringere possit, vt redditae rationes vel ad solam inspectionem exhibeantur? quod etiam nego, quoniam tale mandatum omni vtilitate careret. Iudicem optima fide agere fingamus, attamen magis, ac debet, suscipit. Sufficit enim, si pupillo idoneus atque habilis tutor datur, (§. XIII. A.) si patrimonii agnatorum decrementa obseruat, (§. XV.) et si annuam rationum reuisionem vrget, seseque de redditis rationibus certiozem facit: (§. XIII. B. §. XIV.) nam nec reuifio agnatorum

nec

nec inspectio iudicis pupillo, maiori, praeiudicio esse potest, nec eum impedit, quo minus vitia, vel ab agnatis vel a iudice commissa, reuelare et damnum sibi illatum repetere possit. Sinistro autem iudici obstat, quod hic eadem rationes locum habent, quae a iudiciali reuisione abhorrent, (§§. X. XI.) ideoque et hic eadem legis dispositio valet. Iam vero et nostra lege generaliter agnatis aut contutoribus rationum reuisione relinquitur, et sic agnatorum ius limitatur. Tandem autem sola inspectio sine vlla dissolutione ac responsione tutoris nulla est, hic vero rationes semel redditae eo ipso repetuntur, ac denuo redduntur (§. VI. not. b.).

Qui iudicis processus nec ab imperante vi summae inspectionis defendi ac sustineri potest: omnia enim, quae in detrimentum rei publicae vergere possunt, summae inspectioni quidem subiecta sunt, sed ex hac re inspectionem rerum priuatarum omnisque subditi imperans vsurpare nequit, cum enim ab vna parte officio satisfacit, ab altera parte officium non transgredi debet. Tam infelicem enim eam rem publicam puto, in qua summa inspectio libertatem naturalem iniuste limitat, quam illam, in qua princeps, omnia, quae salutem publicam in discrimen periculumque vocare possunt, auertere, studet, faustam credo fortunatamque.

## Nr. I.

Christian Ludwig, von Gottes Gnaden Herzog zu  
Meklenburg u. u.

Hochgelahrter lieber getreuer! Auf die, tutorio nomine des von Zülow (eines Sohnes des Lieutenants von Zülow Namens Heinrich Hartwig) unterthänigst überreichte, Vorstellung und Bitte ergeht zur gnädigsten Antwort: daß der bisherigen Angelegenheit, theils zu eurer thunlichstern Beruhigung, theils zur künftigen Verhaltung: Instruction, folgender Gestalt hiedurch die abthelliche Maasse verschaffet sey.

Anfänglich bleibet ein vor allemal zum Grunde gesetzt: daß die jährliche Ablegung der Vormundschafts-Rechnung nach gemeßner Disposition der Meklenburgischen Policey, Ordnung Tit. 8. S. 4. verbis: denn andere Vormünder u., eigentlich denen nächsten Agnaten eines Pupillen geschehen müsse; welches denn zur Ersparung besonderer Kosten mit bloßer schriftlichen Communication (und zwar in praesenti casu gesammt der bisherigen auch pro futuro alljährlichen Administrations-Sachen), an dieselbe nebst Erwartung und Erledigung billiger monitorum ohne weitere commissarische Veranlassung zu bewerkstelligen. Ermeldete Auserwählte mögen sich darauf nicht entbrechen, können auch nöthigen Falls gerichtlich angewiesen werden, wenn ihren Einwendungen Satisfaktion gegeben, ein Zeug-

nis

nis abgelegter Rechnung und besondener Nichtigkeit unverzüglich zu ertheilen, welches eben dasjenige ist, was ein tutor nur begehren darf, und wo auch ein mehreres ertheilet würde, doch kein legaler Effect hievon zu hoffen stehet. Der Vormund wendet sich unter denen nächsten Blutsfreunden vor andern billig an solche, die entweder mit Immobiliis hiesiger Lande geseßen, oder wenigstens kundbaren Vermögens, in welcher Qualität auch namentlich der General-Major von Zülow kraft Gegenwärtigen bestimmt seyn soll. Den Umstand vormaliger Gratification und deren Unterfügung bezuglangend, ergeht pro declaratione decreti vom 23. Octobr. a. p. daß nur dieses der Canzley befreundlich gewesen, wann auf bloße Worte der Witwe eine Zulage verwilliget. Spürten aber Vormünder und Agnati bey gründlicher Untersuchung, daß an den Linckowschen Testaments-Erben für seine Person in wirklichen Nothfällen bis weilen etwas mehreres verwandt werden müssen, so soll dieses nicht nur ratione praeteriti sondern auch aufs künftige dem jetzt beschriebenen in Recht und Billigkeit fundirten gemeinsamen Ermeßen anheimgestellt, immittelst aber unter solchen praesuppositis die obbemerkte Inhibition hiedurch aufgehoben seyn. Wie nun endlich von der Herzoglichen Justiz Canzley aus verschiedenen rechtlichen Ursachen überall keine Quittung verlangt werden kann, so habt ihr hentigen Bescheid dem Mitvormunde Doctori Nettelblatt ad inspicendum originaliter und demnachst mit völliger Abschrift zu behändigen. Datum Rostock den 2 Jun. 1753.

Dem Hochgelahrten Unserm lieben getreuen Doctori  
Beselin hieselbst.

Nro,

## Nr. II.

Friedrich Franz, von Gottes Gnaden Herzog zu  
Meklenburg &c. &c.

Da Wir mißfällig wahrgenommen, daß, gegen deutliche Disposition sowohl Unserer, wie auch des Reichs Policey-Ordnung verschiedene von hieraus bestellte Vormünder und Curatores eine Zeit her die Ablegung der Rechnungen gänzlich unterlassen haben; Uns werden selbige kraft dieses erinnert und befehliget, solchen ihren Pflichten annoch binnen 3 Monathen a dato, sub praeiudicio exci- tandi fiscalis ein Genüge zu leisten und damit jährlich fortzufahren.

Datum Rostock den 5 Novbr. 1785.

Ad Mandatum Serenissimi proprium,

Herzoglich Meklenburgische zur Justitz, Cansley  
verordnete Director und Räche.


## ERRATA:

- pag. 5. §. III. lin. 2. l. rationem leg. rationum.  
— 8. in fin. l. Saxo- leg. tunc,  
— 14. lin. 25. leg. post: erat, loco.  
— 17. §. XI. lin. 2. loco innenio leg. inuenio.  
— 20 §. XIII. lin. 2. leg. post A.  
— — §. — lin. 5. loco minim m. leg. minimam  
— 25. lin. 7. l. fieri leg. fieri


Göttingen, Diss., 1788-89



f  
56.







15.

1789, 6  
15

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA,  
SISTENS QVAESTIONEM:  
**Q V I B V S N A M**  
**REDDENDAE SINT RATIONES**  
**TVTELARES,**  
**PVPILLO ADHVC MINORE?**

P R A E C I P V E  
EX REFORMAT. POLIT. MECLENBURG. DE 1572.  
Tit. von Vormundschaften Witwen und Waisen  
§. IV. Im Fall auch cet.

P. 244

Q V A M,  
I L L V S T R I S  
IVRE CONSVLTORVM ORDINIS CONSENSV,  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
A M B I E N S,

ERV D I T O R V M E X A M I N I S V B M I T T I T

A V C T O R  
IOANNES IACOBVS ANDREAS TADDEL,  
ROSTOCHIO MEGAPOLITANVS.

D. VII. MARTII MDCCLXXXIX.

GOTTINGAE,  
Typis B A R M E I E R I.

